AUGUSTINUS
Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh.
Seite 18r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

hominęs. & dicent aduersum uos omne malum. mentientes propter nomen
meum. Et ibi addit propter quod. ne merito tuo accipias maledicta. in causa
iustificationum dei. Non enim qui maledictus fuit iustus est. sed qui iustus est. & iniuste
maledicit. pmium illi reddit. Propterea tuque securus esto & misericors. Extende
de dilectione usque ad inimicos. Qui forte pertinent ad gubernationem tuam un-
dica. coherce cum dilectione. cum karitate. attendens salutem eternam. ne cum par-
ricidarum anima pereat. Fac hoc. Multos etenim passurus es. in quos non potes exer-
cere disciplinam. quam non pertinet ad iura gubernationis tue. Ferto iniurias. securus
esto. Faciet enim mias dns. & iudicium omnibus iniuriam accipientibus. Sic in te
faciet miam. si misericors fuis. Sic eris misericors. ut qd patis dimittas. Ipse
iudicabit cum accepis iniuriam. ut non sit impunitum. Michi iudicta. & ego retribuam dicit dns. Notas fecit uias suas moysi. Quas uias suas notas
fecit moysi. Quare moysen elegit. Ex moyse intelligo omnes iustos.
omnes sanctos. Vnum posuit. omnes occurrant. Tamen moysen data est lex. & fit
aliquod obscurum traditio ipsa legis. Ad hoc enim data est lex. ut conuincerent
languidi. & medicum implorarent. Ipsa est uia occulta dei. Iam dudum au-
dieras. quia sanat omnes languores tuos. Languores in egrotis turbant.
Data sunt. v. libri moysi. circa est piscina quinque porticibus. Deducit lan-
guidos ut ibi iacerent. ut perderent. non ut sanarentur. Quinque porticus perde-
bant languidos. non curabant. Piscina curabat descendente uno. & hoc
piscina turbata. Turbatio piscine. in passione dni. Veniens enim & ig-
norat factus. cum dicerent ab aliis. ipse est xpc. ab aliis non est xpc. iustus est. pec-
catores est. magister est. seductor est. turbaut aquam. id est turbaut ipsum. &
in illa tota perturbatione aque. unus sanabatur. quia in passione dni omnes sa-
nantur. Qui prius uniuersi fuit. & si iacent in porticibus sanari non potuit. & si ten-
ret legem. ad salutem non pueniet. Ergo quia ibi mysterium est. ideo docet data le-
gem. ut conuincerent peccatores. & ad gratiam accipienda medicum inuoca-
rent. Vnde ille conuicit est quem in se transfigat paulus apls dicens. Infe-
lix ego homo. quis me liberabit de corpe mortis huius. Per mandatum enim de-
monstrata illi erat quedam rixa in se ipso. unum dicit. Video aliam legem in
membris meis repugnantem legi mentis mee. & captiuum me ducentem sub
lege peccati que est in membris meis. Cognouit se in miseria. in gemitu.
in rixa & contentione. ipse secum non concordans. a se dissonans. a se resi-
liens. Et quid ait optans pacem. pacem uetam. pacem supnam. Infelix ego ho-
mo. quis me liberabit de corpe mortis huius. Gratia dei per ihm xpm dnm no-
strum. Vbi enim habundauit peccatum. sup habundauit gratia. Vnum autem